

Joachim Stockmann

**Rector Academiae Rostochiensis Joachim Stockman, Phil. & Med. D. ac Prof. Ad  
exequias, Quas Filiolo ... Joachimo ... Vir Dn. Johannes Harberding, hic Rostochii  
ad aedem Spiritus S. Pastor ... hodie ad horam medium primam paratas cupit;  
Omnes omnium ordinum Cives Academicos amanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777516705>

Druck    Freier  Zugang



Stockman, J.,

in J. Harberding.

R. 1650.

69.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777516705/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777516705/phys_0004)

DFG

142.

RECTOR  
Academiae Rostochiensis  
**JOACHIMUS STOCKMAN,**  
Phil. & Med. D. ac Prof.

*Ad exequias,*

*Quas*

Filiolo desideratissimo, infantulo  
svavissimo

**JOACHIMO.**

*Reverendus & Clarissimus Vir*

**DN. JOHANNES  
HARBERDING,**

hic Rostochij

ad adem Spiritus S.

afflatusq[ue] antissimus, hodiè ad horam medium  
primam paratas cupit;

Omnes omnium ordinum Cives Academicos  
amanter invitat.

• 5(0) •

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.  
ANNO M. DC. L.

ERGOTER  
ACADEMIE STOCKMEN  
BUTTSCHEID, DE BORG  
SCHULMINN  
C 198

OLGAHINIA  
DR. IOH ANNES  
FABERDING



ANNO MDCCLXVII. A.D. MDCCCLXVII. ANNO MDCCLXVII.



**N**ereno novo formosissimum esse annum, vere dixit Poëta ! etenim , grāndine atq; nive hybernis s̄avientibus tempestatibus cooperta, deformis, & quasi sepulta quæ latuit terra, jam nunc, rediviva graminis & frugū viriditate, pulcherrimisq; flosculis exornatur, ac si in certamen vocet, scintillantibus astrorum igniculis, & longè lateq; micantibus stellis, picta cæli laquearia ; Et sanè, forsan est qui dubitet, anno hortorum deliciæ quæ sunt, lia,

A 2

lia,

sia, vjolæ, rosæ, fritillariæ, hyacinthi,  
narcissi, anemones, adonides, impe-  
riales coronæ; partim argenteo, par-  
tim aureo, partim purpureo, partim  
cærules, partim variegato suo colo-  
re, de die, affulgentibus solis radijs,  
oculos nostros æquè pascant, &  
aspectum remunerent, ac de nocte,  
stipata stellis Luna minoribus; ne-  
quid de fragrantia horum & illorum  
florum, & amica naribus levitatem  
dicam.

Quin etiam, vere novo, sylvis & ar-  
boribus suus redditur, non minus  
gratus nostro aspectui foliorum or-  
natus, & novellos inter frondes dul-  
cissimè resonat avicularum cantus,  
carduelis, linariæ, fringillæ &c. & im-  
primis hoc tempore lusciniæ, in cu-  
jus cantu summa admiratione digna  
sunt;

sunt; primum quod tanta vox in tam parvo  
corpuculo, & tam pertinax subsistat spiritus;  
deinde quod ita perfecta musicæ scientia mo-  
dulatus inde edatur sonus, qui nunc conti-  
nuo spiritu trahitur in longum, nunc varia-  
tur inflexo, nunc distinguitur conciso, co-  
pulatur intorto, promittitur, revocatur, in-  
fuscatur ex inopinato, interdum & secum  
ipse murmurat, plenus, gravis, acutus, cre-  
ber, extensus! ubi visum est, vibrans, sum-  
mus medius imus; & deniq; quod tantillis in  
faucibus ea deprehendantur omnia, & ma-  
jora, quam quæ ars hominum tot exquisitis  
excogitavit instrumentis, sive ut Plinius lo-  
quitur tormentis,  
Sed quo me abripit philomelæ cantus; quem,  
quoties nostras aures demulcentem audi-  
mus, &, cujusvis alterius soni instar, brevi  
evanescere sentimus, humanæ vitæ fugacita-  
tem ad animum meritò revocamus, Etenim,

Τροχὸς ἄρματ<sup>◎</sup> τὰς οἰα  
Βιοτὸς τρέχει πυλισθης,  
ὅλιγη δὲ καιόμεσθα  
κόνις, ὅστις λυθέντων.

*Rota sicuti curulis  
Properat volucris atas,*

A 3

*Tennis*

*Tenuis jacebimusq;  
Cinis, ossibus solutis.*

Sic etiam arborū folia quando contemplamur  
nunc pulchrè virescentia pauloq; post exsuc-  
ca & decidua, humanam itidem fragilitatem  
perpendere debemus, etenim.

*οὐκέτι φύλλων γενεὴ τοῦδε καὶ αὐδρῶν*

*Tale quidem genus est hominum, quale  
est foliorum,*

Nec non, idem merito facimus quando quem  
cunq; intuemur flosculum, siquidem & sacræ  
& profanæ literæ, licet varijs caducis & brevi,  
evanescentibus rebus (bullis, somnijs, umbris,  
umbrarum somnijs &c.) potissimum tamen  
hominem, ob fragilitatem, flori comparant;  
juxta illud,

*Instar est floris (homo scil.) Tyrio comantis  
Murice, ut, vultu modice sereno  
Risit, afflatus tepidi repente  
concidit austri.*

Atq; ita etiam noster & quidem præmaturius  
concidit JOACHIMUS HARBERDING  
tenebris infantulus, adeoq; veré flosculus,  
qui anno 1649. die Aprilis 19, inter secundam  
& tertiam matutinam natus, (& subsequentj  
meridie

meridie baptismatis lavacro renatus) Patrem  
habuit, Virum Reverendum & Clarissimum  
D.N. M. JOHANNEM HARBERDING  
Pastorem hic ad aedem S. spiritus vigilantissi-  
mum, affinem & compatrem nostrum pluri-  
mum honorandum; Matrem MARGARE-  
TAM TARNOWEN, fæminam pietate  
& virtute ornatissimam; avus paternus illi  
fuit vir honestus & probus JUSTUS HER-  
BERDING, cerevisarius & Mercator Bar-  
gensis apud Lubecenses, dum mortalium cæ-  
tibus intererat; avia Materna AGNETA  
Gysen / Matrona laudatissima avus mater  
nus vir admodum Reverendus & celeberrimus  
JOHANNES TARNOVIUS, S.S.  
Theologiæ D. & Professor dum inviviserat;  
avia materna DOROTHEA Rüthers /  
matrona itidem laudatissima.

Flosculi brevis sunt vitæ, ita & noster brevis  
vitæ fuit, siquidem nec unicum complevit an-  
num & diuturna tussi exhaustis viribus, nu-  
dius quintus circa septimam vespertinam  
placidè exspiravit. Augustæ in quadam æde  
sacra, pictura exstat cranij humani, cui ma-  
jus culis aureis literis inscripta sunt hæc ver-  
ba: quod TU ES, EGO FUI: QUOD  
EGO SUM, TU ERIS.

Hæc

Hæc & ejusmodi nobis in memoriam quotidiana funera revocare debent, & inter illa præsentis infantuli, cuius exuvia quia hodiæ hora media prima terræ mandabuntur, Vos ci-  
vies Academicos moneo & officiose rogo, ut  
frequentes funeris deductioni interesse veli-  
tis, humanæ fragilitatis memores & nostram  
Academiam, hanc urbem & Provinciam  
vestris precibus Deo commendantes  
P. P. Subsigillo Rostoratus,  
die XV. Aprilis.

*Conventus fiet in Templo Jacobæo  
ad horam medianam primam.*












meridie baptismatis lav.  
habuit, Virum Reverendum  
D.N. M. JOHANNEM  
Pastorem hic ad ædem  
mum, affinem & compa-  
num honorandum; Ma-  
TAM TARNOWE  
& virtute ornatissimam  
fuit vir honestus & probus  
BERDING, cerevisia-  
gensis apud Lubecenses,  
tibus intererat ; avia  
Gysen / Matrona laudan-  
nus vir admodum Reverendus  
mus JOHANNES T  
Theologiæ D. & Professo-  
avia materna DORO-  
matrona itidem laudata  
Flosculi brevis sunt vitæ  
vitæ fuit, siquidem nec unum  
& diuturna tussi ex-  
dius quintus circa septem  
placide exspiravit. Augu-  
sacra, pictura exstat cranio-  
jus culis aureis literis inscri-  
ba : quod TU ES, EGOT  
EGO SUM, TU ER



us) Patrem  
larissimum  
BERDING  
vigilantissi-  
trum pluri-  
ARGAR E-  
nam pietate  
aternus illi  
US HER-  
rcator Bar-  
rtalium cæ-  
GNETA  
vus mater  
celeberri-  
VIUS, S.S.  
viviserat;  
Ruthers /

ster brevis  
plevit an-  
ribus, nu-  
spertinam  
adam æde  
i, cui ma-  
t hæc ver-  
QUOD

Hæc